

palatii comunis plus offerenti. ¶ Et quicumque emerit dictum datium ipsum habeat et teneat et exigat per unum annum completum, incipiendo a die tertio mensis marcii in antea usque ad complementum anni, et solvere debeat precium emptionis in
 5 fine omnium quatuor mensium anni predicti pro rata ipsius precii, et dare debeat bonam et ydoneam securitatem de solvendo, ut in statuto datiorum continetur. ¶ Et quod quelibet persona que conducat in civitatem Tergesti per terram lig[n]amina aliqua unum vel plura super aliquibus curibus uno vel
 10 pluribus ad vendendum, exceptis lignis pro comburendo, solvere debeat et teneatur eidem daciario, antequam recedat a civitate Tergesti, septem par. pro quolibet curro nomine dicti daci, sub pena decem sold. par. pro quolibet et qualibet vice contrafacta.

15 Cap. XII. Rubrica de venditione paludis posite iuxta pallos comunis et ipsorum pallorum.

Ordinamus quod palus Comunis posita iuxta salinas comunis et palli ibidem positi incantentur quindecim
 20 diebus antequam vendantur, et in capite dictorum quindecim dierum deliberentur super scalis palatii comunis plus offerenti, et emens habere et tenere debeat ipsam paludem cum dictis pallis et ipsis gaudere per unum annum completum, incipiendo a die primo mensis aprilis in antea usque ad complementum
 25 anni; et solvere teneatur talis emens precium pro quo sibi deliveratum fuerit in fine omnium quatuor mensium anni // pre- 253B dicti pro rata ipsius precii, et dare debeat comuni bonam et ydoneam securitatem de solvendo, prout in statuto de venditione datiorum continetur; qui emptor per se vel alium quem
 30 voluerit tenere possit et valeat ipsam paludem cum dictis pallis, et in ipsa palude piscare et facere piscari a dictis pallis infra versus dictas salinas comunis, et ipsa palude ac pallis predictis gaudere et lostrigas circa ipsos pallos natas libere in se habere, tamen non destruendo ipsam paludem, usque ad
 35 terminum supradictum. ¶ Et quod nulla persona alia modo